Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Typographus Lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Visual Library

R. P.

THOMÆ TAMBVRINI

SOCIETATIS JESV.

ADDITIONES

AD

OPERA MORALIA:

CONFESSIONEM , COMMVNIONEM,

Miſſæ Sacrificium, & decem Decalogi Libros.

Quæ in ultimis editionibus ſunt ſparſim ſeorſimque ab Authore evulgatæ, & hic in unum collectæ.

Juxta Exemplar impreſſum

PANORMI , Apud Andream Colicchia M. DC. LXIII.

Imp.	*Imp.*
Abbas Geloſus V. G.	Dominici F. P.

TYPOGRAPHUS LECTORI S.

NON multis ab hinc annis prodiêre Moralia Opera à R. P. THOMÂ TAMBURINO S. I. compoſita; quæ, quia admodum Doctis placuêre, ſtatim in variis locis ad litterariæ Reip. non vulgare emolumentum recuſæ ſunt. Quoniam vero idem Author Additiones nonnullas valde utiles immo pernéceſſarias ſparſim in prædictis Operibus ſubinde diſſeminavit, typisque mandavit, ego operæ pretium bono publico facturum exiſtimavi, ſi illas in unum collectas Lectoribus traderem, locis, in quibus inſerendæ ſunt diligenter notatis, ut ſcilicet illi, qui antiquiores editiones habent, & Typographi, qui forte prædicta Opera reimprimere velint, non fraudarentur ampliatione, quâ propediem, ut audio, noviſſima gaudebit editio. Collegi ergo eas naviter, ipſique Authori recognoſcendas obtuli, qui non approbavit modo, verum etiam mihi, præ ſua humanitate, de ſuſcepto labore gratias egit. Boni hæc conſule, Lector, & Vale.